Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26015
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uictorem se esse gloriari. Deinde si quid iam remanet cum his conflictionis non ex eo est quod
dicunt nihil sciri posse. sed ex eo quod nulli rei assentiendum esse contendunt. Sic
itaque concordes sumus. Nam ut mihi ita et illis uidetur sapientem scire sapientiam.
sed tamen ab assensione illi temperandum monent. Videri enim sibi tantum dicunt. scire
re autem nullo modo. quasi ego me scire profitear: mihi quoque uideri istuc dico. Sum enim stul
tus ut et ipsi si nesciunt sapientiam. Approbare autem nos debere aliquid puto. id est
ueritatem. de qua eos consulo utrum negent. id est utrum eis placeat ueritati
assentiendum non esse. Numquam hoc dicent. sed eam non inueniri asseuerabunt. Sum ergo et hic et
in nulla parte socium me tenent. quod utrisque non displicet. atque adeo necessa
rio placet consentiendum esse ueritati. Sed quis eam demonstrabit inquiunt. Ego cum eis
non curabo certare. satis mihi est quod iam non est probabile nihil scire sapientem. ne rem
absurdissimam cogantur. aut nihil esse sapientiam. aut sapientiam nesci
re sapientem. Quis autem uerum possit ostendere abs te Alypi dictum est. a quo
ne dissentiam ueritati laborandum est. Tenui numen aliquid ausu posse so
lum ostendere homini quid sit uerum. cum breuiter tamen et pie. Nihil itaque in hoc
sermone nostro libentius audiui. nihil grauius. nihil probabilius. et si id numen
ut confido adsit nihil uerius. Nam et protheus ille quanta abs te mira altitudi
ne commemoratur. quanta intentione in optimum phylosophye genus. protheus
enim ut uos adolescentes non penitus poetas a phylosophya contempnendos esse
uideatis in imaginem ueritatis inducitur. ueritatis inquam in carmi
nibus ostendat. sustentetque personam quam obtinere nemo potest. si falsis ima
ginibus deceptus comprehensionis nodos uel laxauerit uel dimiserit. Sunt enim iste
imagines que consuetudine rerum corporalium per istos quibus ad necessaria
utimur sensus. nos etiam cum ueritas tenetur et quasi habetur in manibus deci
pere atque illudere moliuntur. Hoc igitur tertium bonum accidit. quod non inuenio
quanti estimem. Mecum enim familiarissimus amicus meus non solum de probabilitate hu
mane uite. uerum etiam de ipsa religione concordat. quod est ueri amici ma
nifestum indicium. siquidem amicicia rectissime atque sanctissime defini
ta est. rerum humanarum et diuinarum cum beniuolentia et caritate consensio.
Tamen ne aut achademicorum argumenta quasdam nebulas uideantur effundere.
aut doctissimorum uirorum auctoritati. uel maxime Tullii non mouere nos
non potest. superbe non nullis resistere uideamur. si uobis placet pauca contra
eos disseram. quibus uidentur disputationes ille aduersari ueritati. Deinde

Nota solum per te quis principat.

Quid sit Amicicia. de fide.